Quelle:
Copyright:

ad Opp. S. Bonav: l. 8. p. I. § X. p. 751. breve hoc scriptum Doctori Seraphico vindicat.

18. Fol: 304a – 312b.

Hugonis Tract. de laude charitatis.

Rubrica est: "Incipit liber hugonis de laude caritatis et dilectione dei et proximi". Initium: "Geminam nobis Scriptura Sacra Charitatem commendat". Quis sit iste Hugo nescio; certe non a S. Victore: ab istius enim tractatu de laude charitatis, qui extat T. II. p. 150, hic noster est totus diversus, uti etiam a Petri Blesensis tractatu de dilectione Dei et proximi.

19. Fol: 312b – 317a

S. Bernardi Meditationes.

Rubrica: "Incipit liber Meditationum beati Bernhardi Clarevallensis Abbatis". Initium: "Jesum nazarenum a judaeis innocenter condemnatum". Extat inter Opp. ejus Vol. II. col. 662. et dicitur Sermo de vita et passione domini. Sed Bernardi non esse affirmat Mabillonius; ab aliis sub titulo: Stimulus amoris S. Anselmo tribuitur, cujus operibus invenit Gerberon p. 217. licet eidem tuto adjudicare non audeat.

20. Fol: 317a – 320b

Henr. de Hassia de pass. Domini per 7 hor. Canon.

Rubrica: "Sequitur contemplacio beati Bernhardi de passione domini nostri J. Ch." Prologus incipit: "Septies in die laudem dixi tibi. Rogasti me ut aliquem modum". Producitur Contemplatio per septem horas canonicas. Mabillon: in edit: Opp. S. Bern: nulla ejus facit mentionem. Authorem esse Henricum de Hassia testatur Bernar. Pez Thes. anecd. T. I in dissert. prag: p. 78.